



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1551. usque ad annum 1553

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118561

§. 130. Xaverii labores Apostolici in Bungi Urbe.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66577](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66577)

Sæcul. XVI. capite reverenter inclinato abeundi potestatem sibi fieri postulabat. Annui
A.C. 1552. Rex, enixe eum precatus, ut subinde illum inviseret Christiana mysteria edo-
 cturus.

§. CXXX.

Xaverii labores Apostolici in Bungurbe.

Turfel. c. 12. *Orland. l. II.* *n. 120. & l. 12. n. 91.* **Q**uadragesima sex dies Xaverius in urbe Regia versatus summa opera in salutem, institutionemque incolarum incumbebat, quin adhuc multum vexaretur a Bonziis, licet cum eis frequenter in arenam descenderet, semperque victor a certamine rediret. Ex his præprimis quemdam inter Japones celeberrimum nomine Saquaggisanum Virum tam eruditione, quam generis nobilitate inclytum ad fidem Catholicam perduxit, ac rationibus convictum eo adegit, ut propalam, quod hucusque in errorum tenebris fuerit versatus, coram Deo fateretur, sibi que ignosci peteret, eo quod toties populo vendidit pro veris, quæ nunc vana esse intelligeret. Verum ex Bonziis ceteri immodica ira furentes Sancti Viri vitæ insidias struere moliebantur, ac suorum Numinum iram, & vindictam populo denuntiantes eo infamiae prorumpabant, ut omnium sanctorum januis tota urbe præclusis cives Sa-
 cris,

cris, eorumque Sacrificiis prohiberent. Sæcul. XVI.
 Verum Xaverius elusis eorum infidiis A. C. 1552.
 vanas ejusmodi minas flocci habebat,
 quin imo Fucarandonus doctrinæ præ-
 stantia inter suos magis excellens Bon-
 zius in quadam disputatione, quæ coram
 Rege habebatur, fidei veritate victus non
 sine ignominia discedere cogebatur, in-
 deque Rex magis adhuc firmabatur in
 pia animi sui propensione, quam jam-
 jam erga fidem Catholicam ex Xaverii
 institutione hauserat, magisque indies
 Christianis favere cæperat, quin ta-
 men adhuc palam se Christi cultorem
 profiteretur, forte suorum Bonziorum,
 qui insanire, ac furere cæperant, timo-
 re absterritus.

§. CXXXI.

*Xaverius in Indias reversus, inde Si-
 nas navigaturus.*

Cum ergo Xaverius in irritam spem Turfel. l. 5.
 tempus teri sentiret, Regem vale- c. 2.
 re jussit, qui rursus suam de Xaverio Raynald. hoc
 existimationem, ac venerationem maxi- ann. n. 59.
 me testatus, eundem pluribus suæ ami- Orland. l.
 citiæ signis cumulabat: cum igitur Fran- 12. n. 84.
 ciscus biennium ferme, sexque Menses
 in Japonia versatus fuisset, Sinas adi-
 re decernit, cum autem haud ignora-
 ret, quod antiquissimis hujus regionis

Hist. Eccles. Tom. XLI. H h le-